



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De militia Beneuentana contra Sarracenos Lvdovici Imperatoris. Cap.  
XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

Hic Rex Lotharius, cum frater eius Ludouicus viriliter occurreret Sarracenis Beneuentanam regionem incurfantibus, ad eius auxilium properauit, & multa bella cum eo *Anno 867.* strenuè gessit. Sed, addit Sigebertus, exercitu propter intemperiem aëris morbis & araneorum morsibus nimis grauato, magno suorum dispendio rediit. Putatur autem hæc aliaque mala iusto Dei iudicio pertulisse, quòd Thierbergam vxorem incestus crimine obiecto repudiauit, & Valdradam concubinam, quam duxerat, dimittere noluit, tametsi Apostolicæ Sedis censura atque interdicto vrgeretur.

*De militia Beneuentana contra Sarracenos*

LVDOVICI Imperatoris.

C A P. X V I I I.

*Frater XI.  
Brabantia  
Ducis.*

**A**T verò, teste Sigeberto, Ludouicus Imperator anno 1000. LXVII. Sarracenis Beneuentanum agrum populantibus viriliter occurrit. Et anno 1000. LXXIII. Adalgisus Dux Beneuentanorum, à Græcis seductus, contra Ludouicum Imperatorem rebellat, multasq. Italiæ vrbes suo exemplo desciscere facit. Cui Imperator viriliter repugnans, Beneuentum & Capuam expugnauit. Sed dolis Adalgisi persuasus vt exercitum dimitteret, ita ab eo est circumuentus, vt euadendi non esset locus, nisi, turpi fœdere icto, compulsus iurasset Adalgiso, se numquam in vita sua fines Beneuenti intraturum. Ob hoc Adalgi-

Adalgifus, à Senatu Romano reus maieftatis & hostis publicus iudicatus, bello contra se decreto in Corsicam fugit.

*De CAROLI CALVI Regis Francorum & Lotharingie atque Imperatoris sacra contra Nordmannos militia, quòdque contra eosdem instituerit duos Comitatus, Hollandie & Flandriae.*

C A P. X X.

**D**VOBVS fratribus Lothario & Ludouico successit patruus eorum Carolus Caluus Rex Franciæ, illi in regno Lotharingiæ, huic verò in Imperio. Dum tamen Carolus solus Lotharingiam vsurpare nititur, per moderationem & industriam Ludouici fratris sui eò deductus est, vt æqualiter inter se regnum fratruelis diuiderent.

XII, Bra-  
bantie Dux  
Carolus Cal-  
uus Impera-  
tor.

Sigebertus  
anno 871.

Hic in Francia regnavit annis xxxiv. vt notat Sigebertus. Cum Nordmannis Aquitaniam vastantibus bellum habuit annis decem, sed non valde prosperè. Vexarunt iidem Nordmanni Flandriam, & alia multa loca: cumq. bella ei contra eorum barbariem parum bene succederent, aliunde auxilia oportunè quæsiuit.

Illud itaque memorabile est, quod à Ioanne Becano, clerico & historico Traiectensi, ante multa sæcula litteris proditum est, Carolum Caluum Hollandiam omnino desolatam tradidisse nobili viro Theodorico, ad in-